

Bartho.

(109).  
Sensisti revera mi Bartho, non illud frustra fuisse  
cum ad max. obsequia te exhortaret. Adeo mihi saepe  
compellendus Bronartius fuit, priusquam trecentulas  
istos, nescio quibus de causis, expediret. Quin absque  
huius Tabellarii facta copia esset, quem ad Benerh  
Nassavium ablego, ante diem Mercurij ad Te perlato  
non essent. Huius vero literas Principi ferendas dedi.  
quas morari me cum non deceat, excusa festinantem  
amicum, qui commoda tuis intervenire non desine  
rem magis quam te amare vix Summe. Vale. Prolixius  
quidem ut potis, olim exponam, ubi confabulandi copi  
am vel feceris ipse, vel patieris extorqueri. Hagae  
25. Novembris 1629.

Bartho.

(110).  
Ne me committere suspiceres, Bartho dignissime, quod  
commissurus sum nunquam, uti cura nempe ejus  
quam negotii, cuius mihi provinciam demandaveris,  
sub me frigescat. Nuntio nunc obiter et in anticissima  
postridie quo a te discesteram, opportunissimo fandi tem  
pore, plurimus mihi de Te cum Principe sermo fuisse,  
cujus olim commoda sano percipias, decretos illico fuisse  
tibi trecentos florenos. Ego cum mandati diploma, pro  
affectu, haud multo post expedivissem, rogavit Quatros  
Bronartius ut ad initium proxima hebdomadis excusa  
tum se haberem. Iste tibi dum labitur aureus amnis  
ὄν κ' ἔσε μακεδόνισσον, et me amas, qui ut haec  
inferiora omnia meritis tuis agnosco, ampliorum  
usque procurator occasione oblata invenias libentis  
sime. Vale Hagae Com: 17. Nov: 1629.

q cum pro occasione  
oblata a me libelli

↓

De Poematis isto sine nihil me adde  
nisi quod a 56 leis κατὰ τὴν ἑλληνικὴν, et  
in te superando esse videris, postquam  
omnes debellasti Poetas, vere pro Te  
Poetrias Picas, neque humiliter cothurno  
coram Principe perambulavi laudum  
tuarum fastigia.

Solio.